

iugi et suis, | lib. libertabusq. posteris q. | eorum. Huic munimento | intercedet lex ne donatio | fiat. Quod si quis admiserit, | inferet aerario p. R.¹ HS XXX n.

Romae (VI 26445 vidit Henzen). — 1) *Populi Romani. Multae aerario populi Romani inferendae passim in titulis urbanis, vide N. 8217 seq. (aerarium Saturni dicitur N. 8224, item N. 8225 not.; si quis hunc monumentum vendere vel donare voluerit, inferet aerario publico SS L m. n. VI 15312).*

Titulos huc pertinentes conguessit F. Wamser de iure sepulcrali Romanorum (diss. Giess. 1887) p. 4 seq. Adde infra N. 8551. 8553.

8217 somno aeterno sacr. | C. Avidio Laconi, Avidiae Plautiae Nigrini fil., [imp. Caes.] | L. Aureli Veri Aug. amitae¹, lib.², Antistia Magna ux[or et] | C. Avidius Euphrosynus f. f.³ Venditor tuq. e[mptor⁴, cavete!]⁵ | Dabitur enim a. p. R.⁵ HS XX n.; delator accipie[re quartam]⁶. | Imp. L. Aurelio Vero Aug. III M. Ummidio Quadrato cos.⁷, II[I] . . .⁸ | Avidius Lacon emit locum ariae p. n.⁹ XVIII de Ti. Cl. P. . . . | agro Autolyci Aug. lib. via Latina euntib. ab urb. par[te laeva? sub?] agro Peduceiano. In f. p. VI, in ag. p. II.

Romae, pars Porisios ablata, pars quae Romae mansit dicitur reperta Antii (X 6706 cf. p. 4018 priorem partem vidit Mommsen, posteriorem Henzen, coniunxit Huelsen). — 1) *Soror igitur fuit L. Aelii Caesaris, uterina nempe, genita C. Avidio Nigrino, de quo cf. supra N. 2417 not. 2; Prosopogr. imp. Rom. I p. 188 n. 1169; eius igitur privignus fuit L. Aelius Caesar, non gener, ut ait vit. Hadr. 25, 40 (sic fere Mommsen). Cf. stemma propositum Prosopogr. imp. Rom. I p. 528.* — 2) *Liberto.* — 3) *Filius fecerunt.* — 4) *Cf. N. 8226. 8229.* — 5) *Aerario populi Romani sestertium vicena milia nummum.* — 6) *Cf. N. 8209.* — 7) *A. p. 167.* — 8) *Excidit dies.* — 9) *Pedum numero.*

8218 d. m. | Statilia Euhodia viva fec. sibi et | Statilio Era[s]to coniugi optimo, | item Statiliae Eraste fil. eorum, | et Statilio Proocteto viro et lib. | eius, item lib. libertab. posterisque | eorum. Hoc monumentum (sic)¹ sive sepulchrum, | quod est via Tiburtina clivo Bassilli | parte laeva, quod est conclusum in | fr. a maceria Caesae (sic)² Paulinae, si quis vole[re] man[us] inicere sive vendere | sive abalienar[e], dabet poenae nomi[n]e aerario populi Romani IS XX n.

Romae ad viam Tiburtinam rep. (VI 36564 descr. Gatti Notizie degli scavi 1890 p. 555). — 1) *Scr. monumentum,* 2) *Caesiae.*

8219 d. m. | Racilia Eutychia | fecit Cn. Racilio | Telesphoro patro|no et coniugi, cum | qua vixit annis XXI mensi|bus VII, et Cn. Racilio Fruc|tuoso filio, qui vixit annis X | mensibus VIII diebus XXII horis | V, et sibi et Raciliae Fructuosae fil|iae naturali idemque sociae, | et libertis libertabusque posterisque | eorum; et si quis huic monumento post me | aliquam controversiam facere volu|erit aut de nomine auferre, inferet aera|rio p. R.¹ H.² V m. n.³ In fronte p. XIIIS, in agro p. XII. H. m. d. m. a.